



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Brevis Expositio Propositionum Damnatarum

Didacus <ab Aragonia>

Venetiis, 1728

Gratia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42653

G R A T I A.

298. **Q**Uæritur. An gratia sufficiens non solum non sit nobis utilis, sed potius perniciosa?

Resp. Nonnulli affirmarunt, gratiam sufficientem statui nostro esse potius detrimento, quam utilitati, atque adeo docuerunt, posse nos petere à Deo: *à gratia sufficienti libera nos Domine*; hic tamen error utpote hæreticalis expresse est damnatus ab Alexandro VIII. cum propos. 6. ratio est, quia gratia sufficiens est illa, quæ complet actum primum ad salutariter operandum, huiusmodi autem complementum est ingens beneficium Dei, siquidem est basis, ac fundamentum totius ædificii spiritualis, & quod gratia sufficiens sit pure sufficiens, & non sit efficax, id non habet defe, sed ex culpa voluntatis; ad eum modum, quo habere oculos, seu sufficientiam ad videndum est magnum beneficium in ordine naturali, quod si quis claudendo palpebras non videat, is non debet carentiam visionis ascribere oculis, aut Auctori naturæ, sed sibi, qui non vult uti oculis ad videndum; idcirco debemus petere à defectu nostræ cooperationis misericorditer liberari.

G U L A.

299. **Q**Uæritur. An sit licitum comedere propter voluptatem cibum necessarium ad sustentationem vitæ?

Resp. Affirmativè, ratio est, quia finis voluptatis subordinatur fini necessitatis, tum quia ex eo, quod quis comedat

G 3 pro-